UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Marcvlfi Monachi Formvlarvm Libri Dvo

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXIX. Indiculus, ad laicum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

Visual Library

poſt ſe retineat iniuſtè, & nullam iuſtitiam ex hoc apud ipſum conſequi poſſit: Propterea ordinationem præſentem ad vos direximus, per quam omnino iubemus, vt ipſum illum taliter conſtringatis, qualiter ſi ita agetur, hanc cauſam contra iam dictum illum legibus ſtudeat emendare. Certè ſi noluerit, & ante vos rectè non finitur, memoratum illum, tultis fideiuſſoribus, KL. illis, ad noſtram eum cum omnimodis dirigere ſtudeatis præſentiam.

## XXIX. *INDICVLVS AD laicum.*

ILle Rex vir inluſter, illi fideli noſtro, ille ad præſentiam noſtram veniens nobis ſuggerit, quaſi vos nulla manente cauſa, in via adſalliſſetis, & grauiter liuoraſſetis, & raupa ſua in ſolidos tantos eidem tuliſſetis, vel poſt vos retineatis indebi-

tè, & nullam iuſtitiam ex hoc apud vos conſequi poſſe. Propterea præſentem indiculũ ad vos direximus, per quem omninò iubemus, vt ſi taliter agitur de præſente hoc, contra iam dictum illum legibus ſtudeatis emendare. Certè ſi nolueritis, & aliquid contra hoc habueritis quod opponere, non aliter fiat niſi voſmetipſi per hunc indiculũ commoniti, KL. illis proximis ad noſtram veniatis præſentiam, eidem ab hoc integrum & legale dare reſponſum.

## XXX. *COMMVTATIO cum Rege.*

ILle Rex illi Regi. Nihil ſibi quiſque cernitur minuendo, quicquid è contra recipitur in augmento. Dum inter nos & inluſtrem virum illum vnanimiter conuenit, vt loca aliqua inter nos commutare